Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26448
Copyright: Admont, Benediktinerstift



23

sine sensu esse. Cumq; aduesperascente die. ita ebrius
de cellario exiret. ac uersus ad ecclam pclaustrum
tenderet. uisus est ei diabolus. in specie cuiusdam mire
magnitudinis tauri occurrere. ipsumq; cornibus
transfodere. Tunc ecce subito uidit. quandam puellam.
decora facie uenientem. desuper humeros diffusa
cesarie. & in sua manu dextera. tenentem quandam
niueam uirgam. Que ipsum increpans diabolum.
cur erga suum famulum talia ageret. iussit ut
discederet. nec ei quicquam mali amplius facere
presumeret. His dictis. disparuit terror demo
nis. Deniq; cum ceptum iter ageret. & eccle appin
quaret. demon quasi canis uehemens. & nimis
terribilis. ex inpuiso contra eum prosiliit. & iterum
predicta puella. que ante ei apparuit presens
affuit. ipsumq; demonem procul ab illo repellens.
liberum ire fecit. Sicq; discessit. diaboli fanta
sia. & puelle uisio pulcherrima. Tandem ecclam
quam petebat. pdemonis expulsione. & per uir
ginis consolationem. securus intrat. Quo intran
te. adest iterum humani generis inimicus.
terribilior quam prius. uelut leo inmanissi
mus. aduersus eum rugiens. & inpetum faciens.
quasi eadem hora eum esset deuoraturus. At